

*vis, ac quotidie in immensum  
crescentibus adeo auxerunt,  
praegravaruntque, ut longe  
amplioribus ac efficacioribus  
remediis opus sit quam quæ  
fuerant antea præstituta.*

*Quæ quidem quum essent  
nobis aliunde perspecta, tum  
vero cum Regis jussu ad Nos  
perlata sunt, nec potuimus pro  
eximia qua eum subditosque  
ejus complectimur dilectione  
non summopere commoveri, ne-  
que hæc non habere exploratis-  
sima, primum quidem, quod  
Rex pietate ac Religione nemini  
secundus, nisi iis premere-  
tur angustiis, quas Nobis ex-  
poni suis verbis curavit, haud  
in animum suum induxit ab  
Ecclesiasticis bonis præsidia si-  
bi postulare, deinde quod in iis  
adhibendis eam foret moderatio-  
nem servaturus, quæ quantum  
fieri posset quam minimum Ec-  
clesiæ commodis utilitatibusque  
detraheret: suæ enim abstinen-  
tiæ, ac temperantiæ, suique  
studii in protuenda Ecclesiæ  
dignitate, ac in custodienda in-  
columitate patrimonii ad eam  
spectantis, tot tamque illustria  
suppeditavit jugiter argumen-  
ta, ut nullus hæreat Nobis  
scrupulus, quominus plenissi-  
mam in illius integritate ac re-  
ligione fiduciam conlocemus.*

dos, se han acrecentado y agrava-  
do tanto las antiguas calamida-  
des con otras nuevas, y que  
de dia en dia crecen sin medi-  
da, que se necesita de remedios  
mucho mas grandes y eficaces  
que los establecidos anterior-  
mente.

Estas cosas nos eran nota-  
rias por otra parte; pero cier-  
tamente quando de mandato  
del Rey se nos instruyó de  
ellas, no pudimos ménos de  
conmovernos sobremanera en  
fuerza del acendrado amor que  
le profesamos, y á sus vasallos,  
y de tener por sumamente cier-  
to, en primer lugar, que un Rey  
que no cede á nadie en piedad  
y religion, si no se hallase opri-  
mido de las angustias que nos  
ha hecho exponer, no hubiera  
pensado jamas en pretender  
ningunos recursos de los bie-  
nes Eclesiásticos, y ademas,  
que al usar de ellos guardaria  
una moderacion tal que priva-  
se lo ménos que fuese posible  
á la Iglesia de sus comoda-  
des y utilidades, pues son tan-  
tas y tan claras las pruebas que  
continuamente ha dado de su  
moderation y templanza, y de  
su esmero en preservar y de-  
fender la dignidad de la Igles-  
ia, y en conservar la indem-  
nidad de su patrimonio, que  
no tenemos ningun escrupulo  
en colocar en su integridad y  
religion toda nuestra confianza.

